

**Epistolæ Præpositorum Generalium Ad Patres Et Fratres
Societatis Jesu**

Oliverius, Horatius

Pragae, 1711

IX. Ejusdem ad Provinciales Societatis. An: 1587. 28. Mart. De quibusdam
mediis, ad Societatis conservationem facientibus

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55386](#)

Præpositorum Generalium
Societatis JESU

IX.

R. P. N.

CLAUDII
AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.

Quarta,

Ad Provinciales Societatis.

Anno 1587. 28. Martii.

*De quibusdam mediis ad Societa-
tis conservationem facientibus.*

I. **Q**uanti momenti sit Societatis no- plurimū
stræ conservatio, felixque in o- pendet à
mni virtutum genere progres- vigilan-
sio; quanta etiam nobis incumbat obliga- tia Supe-
tio, vel languinem ipsum, si opus fuerit, ad riorum.
hæc consequenda profundendi; non est
quod hoc tempore apud RR. Vestras scri-
bendo commemorem. Illud tantum ad me-
moriā revocabo, hæc ipsa magna ex par-
te,

te, ab ea una pendere, ut Superiores soli
ti sint ac vigiles omne genus incommo-
rum, priusquam augeatur, removendu-
& ad ea damna mature prævenienda,
futuris temporibus succrescere posse.
Persuadere enim nobis debemus, nullam
se apud homines rem vel per se tam sanctam
vel tantis præsidiis firmatam ac munitam
quæ tempore non labascat. Quod &
multorum operum experientia splendore
non exiguo magnaque sanctitate incep-
rum plus satis demonstrat. Unde non
diocriter quidem cupio, ut ad illud reha-
randum ac perficiendum omni studio en-
mur: quod D. Gregorius Nazianzenus
tione 1. in Julianum admonet. Quen-
modum, inquit, in corporibus cum unum
alterum membrum condotuit, reliqua mem-
braud difficulter emergunt, partique ma-
sanitatis bonum conservatur; interdum en-
accidit, ut partes agra convalescant, al-
ead ceteras redeant; at cum plura mem-
bran inter se dissident, acerbèque laborant, for-
non potest quin totum corpus agrotet, atque
perspicuo periculo sit; ad hunc modum in ful-
ditis quoque singulares morbos commodi-
totius Reipub. valetudine occultare contingit
pluribus autem exulceratis, & morbo affliti-
atque oppressis, tota jam Respub. in pericul-

versatur. Quæ eò à me allata sunt, ut si-
gnificem, dum pauci erunt in Societate no-
stra, qui ab illa perfectione spirituali dege-
nerent quæ requiritur, & tamquam mem-
bra quædam infirma impedit valetudi-
nem integræ & unionem totius corporis,
fieri potest per Dei gratiam, ut reliqua mem-
bra non solum indè non inficiantur aut cor-
rumpantur, sed ut hi etiam ipsi perfectæ a-
liquando sanitati restituantur. Verùm si
acciderit, quod avertat Deus, ut istiusmo-
di hominum invaleiceret valde numerus,
manifestum esset universi corporis pericu-
lum. Proinde nullo modo contemni de-
bet aut negligi defectus spiritus ac discipli-
næ in quocumque homine particulari, sed
medicina potius ei adhibenda est, qua re-
ducatur ad reliqui corporis conditionem ac
statum. *Turpis est enim omnis pars*, inquit
Augustinus, *suo toti non congruens*. Alio-
qui sínè dubio futurum est, ut quemadmo-
dum numerus ex unitatibus coalescit, ità
negligentiâ nostrâ Societatis multitudo, ex
singulis ipsis infirmis infirmetur, & priùs
damnum sentiamus, quam oculis prævidea-
mus.

Et mihi sanè videtur perinde contin- *Similitu-*
gere in iis Religionibus, quæ longè laté- *do à ripa*
que diffusæ sunt, multasque regiones ac ho- *fluminis.*

mi-

mines complectuntur , ut in spatio quod
dam terræ tractu aut agro , ad ripam ali-
jus magni fluminis consito , ad cuius tam
repellendam vim non paucos aggeres
munitiones habet. Si enim ad aquarum
rum impetus, ac conatus continuos, quibus
modò in hanc, modò in illam partem se
sinuant, continua etiam non adhibetur
lignantia ad ea reparanda, quæ fluminis al-
vione atteruntur ac debilitantur ; certi-
mum est, venturam aliquando repentina-
aliquam inundationem , idque cum mino-
expectatur , quæ universa dissipet atque
demergat. Atque in hunc ipsum planem
dum , affirmat Gregorius Nazianzenus,
bolum se ut aquam immittere , exili quo
foramine primùm , quo tamen paullatim
ducto atque laxato, toto impetu influit
que illabitur. Quam etiam ob causam
hi planè necessarium visum est , vehemen-
ter ac sedulò RR. Vestrīs commendare
eo amore quem in Societatem habent,
zelo quem ad salutem ejus tuendam sen-
unt, nonnulla capita earum rerum que
praxi consistunt, & in perfecta observan-
tia illorum mediorum, quæ ad conservati-
onem totius corporis pertinent. Jam eni-
satis constat ordinationem , præceptorum
Regulariumque multiplicationem nec

lio qu
am ali
jus tam
ggeres
arum i
os, qui
tem se
beatur
inis a
; cert
pentia
m min
pet ato
planen
enus, c
li quo
llatim
nfluit
usiam
ehem
ndare
bent,
m sen
n que
servant
servant
am en
ptorum
nec m

lis ipsis mederi semper, nec in Societate nostra necessariam esse, cum habeamus Constitutiones tanto spiritu, ac cælesti lumine conditas, regulasque tam plenas, claras, atque perfectas, ut manifestum sit nullum esse defectum, qui ex aliqua istarum prætermissione non nascatur; & qui è contra ex diligentí harum observatione efficacissimum non accipiat remedium.

2. Atque ut ab hoc ipso capite nostra- *Socii tales*
rum Constitutionum ordiar, illud nobis cer- *forman-*
tum, ac persuasum esset debet, *Societatis di, quales*
institutum, modum gubernandi, occupa- *requirunt*
tiones, ac ministeria constituta ac fundata *Constitu-*
tiones.
esse in perfectione quadam spirituali mini-
mè vulgari aut superficiali; sed exigere po-
tiùs abnegationem veram, expolationem-
que affectus proprii, studium etiam ardens
solidarum perfectarumque virtutum, ut §.
2. par. 10. B. P. N. IGNATIUS S. Mem.
declarat. Hinc est, quod si in Societatis
hominibus fundamentum hoc bene positum
non fuerit, in pluribus rebus impedimenta
magna occurrent, quibus idoneum satis non
erit remedium, si difficultas tantum quæ
prælens est, tollatur aut superetur; hoc
enim nec firmum, nec diuturnum est, nec
universam mali naturam attinget: sed ad
ipsam radicem adhibenda est medicina. Ita-
que

que si in diversis hominum gradibus, q
Societas complectitur, suborintur aliquo
do tentationes aliquæ, aut amaritudines
in distributione officiorum ministeriorum
que, ut sunt concionandi, prælegendi,
cipiendi confessiones, docendi litteras
riores, aliisque rebus ejusmodi; in co
ptionibus item, pœnitentiisque ferendis
vilissimis quibusque humilitatis ac pauper
tis amore libenter accipiendis nonno
reperiantur subinde difficultates; eæ ou
sinè dubio ab unius hujus fundamentis
etū proficiscuntur. Ac proinde, cùm
fendit quis è Nostris, aut difficilem se
hibet in istiusmodi rerum aliqua, & S
rior remedii cauſâ id tantum agit, ut E
in præsentia se vincat, nec studium adhi
ut interius emendetur aut juvetur, n
quam assequetur quod desiderat: is o
ipse qui modò se accommodavit temp
deficiet postea in multis aliis, imò & in
ipsa per aliam occasionem, & fortasse en
si prematur, non difficulter rumpere
quemadmodum in formanda cera aut vi
contingit. Ut enim illa ad arbitrium
strum flectamus & esformemus, necesse
um est, ut materia mollis ac tractabilis
Nam qui postquam ea jam obduruerit,
formare ac flectere velit, quidquid ille

tis ac industriæ adhibeat, non modò non id consequetur, sed potius dirumpet. Ita ad observationem Constitutionum regularumque nostrarum præcipuum in eo ponendum est momentum, ut homines Societatis tales sint, quales ipsæ Constitutiones ac regulæ requirunt.

3. Quibus consideratis, primum maximum Superiorum Studium, ac præcipua eorum diligentia, tum etiam vigilancia in eo esse debet, ut qui iis subsunt, in veris solidisque virtutibus progressum certum stabilemque faciant, quem ad finem sumptum. Superior omnē curam dirigat ad regiam gubernationem. Nam gubernatio mopere conductet, ut toto animo Superioris ad gubernationis curam se applicent, reliquis omnibus omissis, quæ eos impedianc ac distrahabant; nec sese vel amicis invisidis, vel juvandis proximis, imò nec ipsâ concessionandi frequentia occupari sinant; multo minus rerum temporalium sollicitudine: qua tamen certè ita Rectores nostros gravatos cernimus atque oppressos, ut vix respirent. Facilè quidem video Collegiorum necessitates, egestatemque non exiguum cum numerosa personarum multitudine conjunctam (qua levari tamen non possumus) hujus incommodi magna ex parte extitisse caussam; sed video etiam gravissima damna, quæ inde consequuntur. Et pro-

O pte.

pterea cupimus omnino, ut boni rerum ~~ter~~ ^{la} poralium Procuratores istiusmodi Colleg ^{ram} assignentur; quorum industriâ Rectores ^{sar} parte sollicitudinis exonerati, quæ ad ^{mea} poralia pertinet, attentiores esse possint ^{gen} illa, quæ longè majoris sint momenti. Ope in re cum Nostri ea præstiterint, quæ ear cii nostri sunt quoad res spiritnales, ac min vandos proximorum animos, confid ^{riæ} debemus sanctissimam Dei provident ^{fug} necessitatibus etiam temporalibus min ^{ti} Sup se defutaram: quod & S. Augustinus ad tis net, enjus verba ad hoc ipsum pertinet ^{no} ex epistola quadam ad Episcopum suum ^{sed} Ierium subjicere placet, quibus ostendit arbores vivæ, quæ homines sunt, diligi tiùs colerentur, faciliùs multo ac felic ipsos Dei pauperes pascerent, quām agn ditusque Ecclesiastici; sic enim Domin ad se loquentem introducit: Serve nequ si villa aliqua Ecclesiæ calumniosum aliqu pateretur, cuius fructibus colligendis magis opera impenditur, neglecto agro quem rū sanguine meo; si quid agere pro ea posse pudicjudicem terræ, nonne omnibus consentibus, nonnullis etiam jubentibus atque cog tibus pergeres, & si contrà judicaretur, am trans mare proficeris, atque hoc m vel annum vel amplius, absentiam tuam

erum la querela revocaret, nè alius possideret ter-
Colleg ram non animæ, sed corpori pauperum nece-
cessitatem sariam, quorum tamen famem vivæ arbores
æ ad mea multo facilius mibiique gratius, si dili-
possim genter colerentur, explerent? Quod si tant-
enti, opere expedit ut Rectores aliique nostri
quæ carum etiam rerum, quæ ad nostrorum ho-
les, ac minum victum ac sustentationem necessa-
confid riæ sunt, quantum possunt, sollicitudinem
vident fugiant; facile cernitur quanto minus qui
minus Superiores sunt, externorum caussis nego-
tiiisque sacerdotalibus implicari debeant, quæ
pertinet non tantum professioni suæ in universum,
suum sed particulatim etiam officio recte guber-
nandi adversantur.

4. Et quia bona maláve capitis asse- Apti Su-
ctio ac dispositio in tótum corpus facile re- periores e-
dundat , & quales fuerint Superiores , tales , ligendi .
ut plurinūm , reperiri solent subditi , ut 10.
parte §. 8. dicitur , hinc fit ut bona Socie-
tatis gubernatio à bona Superiorum elec-
tione non parūm dependeat . Quæ quidem
electio etsi ad nos pertinet , nec quidquam
magis desideramus , quām hujusmodi Supe-
riores ubique constituere , quales 4. parte c.
10. & par. 9. c. 5. describuntur (qua etiam
in re , juvante Domino , omnem industriam
diligentiāmque nostram adhibebimus) duæ
tamen res ad Præpositos Provinciales in

hoc ipso pertinent. Prima ut post omni habem ad Deum habitam, sollicitamque investigationem, ac consultationem cum ac quibuscum oportet, diligenter nos in turment de hominibus idoneis ad gubernandum, juxta eam instructionem, quam ipsa de re in Provincias misimus. Executionem, id est, informationem factam ad illam normam, quae ibi præscribitur, cupimus omnino ut Procuratores, qui tam jam proxime sunt venturi, perfecte completamque ad nos deferant. A res est, ut Provinciales sibi subordinatos periores diligenter instruant, dirigant manu quasi ducant, formentque ad omnium gubernandi virtutem, quo melius per utiliusque præfeste iis, qui sub eorum nomine serviant Deo in hac sacra militia.

*Quenam
Provin-
cialis de
superiori-
bus cura?*

5. Ad quam etiam rem non mediter interest, ut Provinciales in visitatione suis supra cetera omnia, id in primis regniant, ut Superiores bene fungantur officiis, præsertim (ut est dictum,) in res spiritualium promovendo studio, cui dediti & non mediocriter etiam in consolati esse debent. Quod si subditorum eius in eos querelæ vel amaritudines, examinare oportebit, ut ipsis etiam adhibeatur censio & emendatio, in quibus erit opus.

habeantur omnes subditorum querelæ pro
tentationibus, sed audiatur cum caritate,
ac deinde, ut opus est, in Domino dirigan-
tur.

Majori etiam quām hactenus diligen- *Idoneos,*
tiā constituantur in Collegiis Præfeti re- *Spirituſis*
rum spiritualium, præcipue autem in iis, *Præfectos*
quæ nostrorum hominum Seminaria sunt,
eligantur quām aptissimi, etiam si aliis mini-
steriis eam ob cauſam incommodare opor-
teret, in quibus eos forte occupatos esse
contingat. Permittatur etiam eis tempus,
quo cum Nostris commodè tractare pos-
sint, auctoritātēque conservetur, ut majori
fructu idipsum præstent, quandoquidem re-
vera universum ædificium nostrum, quod
molimur, sicut jam dictum est, hoc maxi-
mē fundamento spirituali nititur.

Haberi debet non mediocris cura in *Selectum*
admissione Novitorum, ut nonnisi digni & *in admit-*
idonei admittantur: quique hujusmodi vo- *tendis ad-*
cationem habent, quæ ad Institutio nostri
constantiam est necessaria. Perfectè etiam
observare oportebit in iis instituendis, quæ
de probatione ipsorum in regulis Magistri
Novitorum traduntur, nec erit dispensan-
dum in secundo tertiove probationis anno,
nisi gravi aliqua urgente necessitate, juxta
id quod alias à nobis, hac ipsa de re, ad Pro-

vinciales scriptum est. Providendum
am diligenter, ut satis tempore, ac man-
dimitantur ii, qui (secundum Constitu-
nes) utiles futuri Societati nostræ non
cabuntur.

*Curet, ut
Scholares
bene for-
mentur.*

6. In Scholaribus Societatis omni-
do nitendum erit, ut conservetur spiritus
devotionis fervor: curandum etiam uo-
pus habeant vacandi studiis, & ut libe-
tur ab omnibus aliis occupationibus,
hoc ipsum impediatur. Videndum
in primis erit, nè ii ullo modo permitti-
in litterarum studiis progredi, qui supe-
inquieti, aut male mortificati animad-
tentur, de quibus probabiliter exis-
poterit, si scientiis & doctrinâ orne-
non aliud esse, quam eos armare in So-
cietatis damnum, sive nobiscum manserint
ve potius discesserint, quod aliquando
cessariò futurum est, nisi se emendaverint.
Quocirca invigilandum est primo quo-
tempore ad verum in eis spiritum exci-
dum ac renovandum. Quod tentari pos-
sunt removendo illos ab occupationibus
diorum, reducendo ad solitas Novitatus
probationes, exercendo in rebus humiliis
ac contemptibilioribus, aliisque ejus-
exercitiis ac modis: è quibus tamen, si
fuerint, minus proficere, aut emenda-

nem seriam ac sufficientem non consecuturi, præstat maturè ut è Societate dimittantur : vix enim credi poterunt damna atque incommoda , quæ ab ejusmodi hominibus Societas patitur , non tantùm ob molestias illas, quas in dies afferunt (quanquam & hæ permagnæ sunt) sed & multò magis quod progressu tandem temporis, nisi ad Sacerdotium promoveantur, murmurant facile ac tumultuantur. Si verò promoveantur, maiores longè difficultates exhibent , nec potest Societas de eis esse secura : dilabuntur postea ad prætensiones graduum, obloquuntur palam , alienant animos simpliciorum ab Instituto, scandalizant alios, & denique gravissimè periculosissimèque nocent ; quod tunc maximè etiam faciunt , cùm operarii jam aut Concionatores constituti, alliciunt sibi animos Prælatorum populorumque , quo fit ut sæpe eos aliquamdiu tolerare, cùm incommodis jam enumeratis cogamur , & tandem dimittere majori cum ipsorum amaritudine, minorique proximorum benevolentia ac ædificatione.

Sed quoniam tamen ad hos ipsos luctuosos omnia priùs ex caritate remedia tentanda nobis sunt, quàm ad extremum ille lud deveniatur ; nec in promptu est , aut facile, quæ mensura patientiæ præstanta cui-

*In dimi-
tendis ne-
que festi-
net , nec
nimium
cunctetur.*

que sit , dijudicare ; Provinciales aliqui facti
strum etiam haec in re judicium , tamquam Qu
universalem quamdam instructionem ac
rectiōnēm petierunt : quibus quod respo
sūm fuit , non erit fortasse alienum hoc
eo subjicere : Nimirum perdifficile esse
perire modum , quo difficultates istiusm
penitus tollantur , certāmve regulam in
uiversum constituere . Hoc enim pra
unctionem Spiritū sancti , quām simili
in rebus procurare debebunt diligen
Provinciales , (cū ad Deum recurre
per orationes ac sacrificia , tum etiam o
ferendo cum immediatis Superioribus , i
rūinque Consultoribus) dependet plurim
ex particularibus circumstantiis perfo
rum , affectionūmque quae in eis cern
tur ; non nihil etiam ex qualitate reme
rum jam adhibitorum , aut verò quae ab
beri poterunt . Quae omnia cū ab i
ciliis dijudicari possint , qui rebus ipsis p
sentes intersunt ; hoc tantum in universo
dicendum videtur , experientiam ip
ipsasque has difficultates docere , proban
nem illam , quām diximus , dimissionis
dilationem ex emendationis futuræ spe
diuturnam esse non debere , ut numqu
aliquid certi constituamus : sed videndi
est suo tempore ac mature , quamnam san

factionem præstent de te Societatis subditi.
 Quod si aliqui satis cogniti ac perspecti non
 fuerint, tentandi sunt probandique, idque
 in iis maximè rebus ex quibus non tantum
 Societas intelligat, quantarum virium ac vir-
 turum sint, sed etiam ipsi se ipsos cogno-
 scant. Et quando sine fructu cernuntur
 alicui adhibita remedia, exoneranda est So-
 cietas ab inutili arbore. Qua in re ut ce-
 lerem nimis aut præcipitem esse non con-
 venit Superiorem, ad determinandum judi-
 cium, quod aliquis Instituto nostro sit ine-
 ptus, nisi priùs ad exemplum misericordiæ
 Christi, multum ac diligenter circumfo-
 derit, finumque apposuerit, aliisque adju-
 menta opportuna applicaverit; ita ex alte-
 ra parte non est opus vel tam cupidum esse
 illius commodi aut auxilii, quod ab iis pos-
 set Societas accipere; vel nimis timidum
 aut scrupulosum, nè videlicet dimittatur is,
 qui fortasse aliquo tempore emendare se pos-
 sit: nisi enim hæc emendationis spes mo-
 raliter intelligenda ac limitanda sit, per u-
 niversam vitam expectari debebit, cùm nul-
 lum sit tempus in quo mutare se homo in
 melius non valeat.

7. Quoad Concionatores, adhibetur *Observā-*
diligentia ut observerentur Ordinationes ac daConcio-
regulæ, alias à nobis datæ ad conservatio- *natoribus.*

O 5 nem

nem spiritūs , & ad fructus in auditori
überiores faciendos : seriò se applicent
studium ac meditationem divinarum Sc
pturarum , Sanctorumque Patrum , pr
missis conceptibus ac inventionibus quib
dam propriis minoris momenti , ut m
cum dignitate ac utilitate , non solum
cietatis ac proximorum , verum etiam p
rummet , rectè tractent verbum Dei .
putetur efficaciter ambitio locorum ac
pitorum honorabilium , humiliumque o
temptus : & assuefiant omnes ad eam mo
stiae & humilitatis normam , quæ Societ
nostræ esse solet & convenit .

*Quæ à
Confessa
riis?*

8. Animentur Confessarii , ut vero
mi affectu accingant se ad tam sanctum
necessarium in Ecclesia Dei ministerium .
Magni etiam interest ad Dei gloriam
servitium , ut per aliquot menses in vari
a fructificatum mittantur . In quo eius
efficacia ponи debet , ut difficultates , q
eiusmodi in rebus oriri solent , superentur
quod ita commodissime fieri posse video
si bini tantum vel etiam singuli per via
mittantur pro numero operariorum , qui di
mi erunt , aliisque loco absentium subtili
antur . Quod si erunt fortè nonnullæ que
relæ devotarum seminarum , aliorumq
pœnitentium , qui istis ordinariè confit

solent ; iis non difficulter occurri poterit per ipsos Confessarios , si ii , ut veri Societatis ac Obedientiae filii , rem serio in se suscipiant , reddentque pœnitentibus hanc veram rationem , ita omnino in Domino expeditre , ut ipsi tempus etiam aliquod in Missionibus ponant , quo pluribus prosint ; ac nonnulla Domini ac Salvatoris sui caussâ foris patientur , reddituros autem brevi ; nec alios interea suo loco defuturos : non expedire verò ut vel pœnitentes sic ipsis adhærescant , vel ipsi uni sedi locove ita sint affixi , ut majorum commodorum caussâ , non fiant aliquando mutationes . Hæc & ejusmodi si Nostri efficaciter ac syncerè dixerint , probabile est pœnitentibus satisfactum iri . Quod si aliter evenerit , aut si Nostri hoc ipsum præstare noluerint , indéque cerneretur , nimio eos affectu huic loco officiove inhærere , tum major esset necessitas eos separandi . Et profectò , ut verè dicamus , res est commiseratione digna , nec sinnè scrupulo , quod Operarii , ad res maximas pro animarum salute idonei , sedeant totos annos uni alicui sedi affixi , paucarum seminarum confessionibus occupati , quæ illic ex sua tantum particulari devotione ter quatérve in hebdomada ventitant , cum interea per oppida , vicos , ac castella tam mul-

multæ animæ reperiantur & auxilio in
gentes , & ad auxilium accipiendum be-
dispositæ.

*Indiffe-
rentia ad
Gradus ,
& mini-
steria.*

9. Interest multum ad pacem cùm
cietatis , tum hominum etiam particu-
lare , ut explicetur bene , seriisque Nori-
inculcetur quantum pertinet ad resigna-
tionem indifferentiamque ad omnia minilla
Societatis : præcipue verò quod Condi-
tiones nostræ habent de gradum in
Nostris diversitate , ut dum mollis ad-
cera est , eam judicii formam apprehendat
ac imprimant de rebus nostris , ut exultin-
re postea nequeant rectè se non intellexer-
e , aut fuisse deceptos . Provinciales
tem nos admoneant tempestivè , ac infor-
mationes mittant de promovendis ad g-
dus juxta instructionem à nobis jam in-
sam : & particulatim meminerint , ut q-
bus gradum Coadjutorum spiritualium o-
ri oportebit , id maturè fiat : ac ordinarii
bona alioquin satisfactio habita fuerit , ul-
septennium prorogandi non erunt.

*Malè di-
positus
qui juvā-
dus ?*

10. Quando aliquis animadvertis-
non jam detectibus tantum communibus
ordinariis obnoxius esse , unaque aut alia
ra in re minus satisfacere , sed in ipso ve-
procedendi modo male esse dispositus ,
si , verbi causâ , constaret nimis vivam ha-

bere passionem honoris , judicii tenacitatem , aut aliud hujusmodi impedimentum grave ; ad hunc juvandum , sive scholaris sit , sive operarius , expediens fore videtur , si ab occupationibus liberetur , tempusque habeat cogitandi de se suisque rebus : qua durante deliberatione , paternè omnino admoneri debebit de rei gravitate ; ac invitari ut ipse media cogitet ac proponat , quæ efficacissima existimat ad se juvandum . Inducit etiam oportebit , ut verum suæ emendationis desiderium concipiat , ita ut nullo modo Superiorem se tamquam adversarium habere existimet ; sed potius ipse ex una parte , & Superior ex altera idem se onus portare existimet , ac ambò in unam eamdemque rem voluntate ferantur .

11. Provinciales juxta regulam suam *Ordinatio-*
14. procurent omnino , ut ordinationes , quæ *tiones cō-*
hinc mittuntur , Superioribus aliis , qui in munican-
da.
universa Provincia sunt , ac etiam Consul-
toribus manifestæ fiant . Nam præter in-
structionem ac lumen quod indè concipi-
ent ad exequenda illa quæ ordinantur , pro-
derit etiam multum ut nos à pluribus cer-
tiores reddamur de rei successu in unoquo-
que Collegio .

12. Maximi momenti res est , cogni- *Notitia ,*
tio Instituti tum in Superioribus qui guber- *& praxis*
nant ,

Instituti nant, tum etiam in Consultoribus qui finē
acquirendā stunt: ideoque Provinciales præcipu- tis
quamdam de eo curam habeant, ut freque obse-
ter ab eis legantur, recteque intelligant scep-
Constitutiones ac regulæ: de quibus ei ex-
expedit, ut in visitationibus suis, se praef- te C
tibus, fiant collationes ad rectam intel- dis
gentiam, verâmque praxis rationem per- tia
piendam: credântque majorem indè fun- in c
ram utilitatem, quam existimatur: quemad- sit
modum è contrario non mediocre damna- coc
affert Societati earum ignoratio, aut si- tun
illarum exercitium in usu non fuerit. Pa- justi
suadere enim nobis debemus Societate ob
nostram perinde se habere ac ædificium
gnum exquisitissima quadam architectu- per
designatum; quod itâ compingat collig- hal
que ad invicem diversa membra ejusde- M
molis ac structuræ, ut si una pars defici- dis
cetera cohærere ac componi non possit
ut ad artificis ideam ac intentionem per- ac
niatur. Exemplum sit, si aliquis in ædi- do
cando hoc sibi proposuerit, ut tectum
tantam altitudinem perducatur, necessari- So
curare debet, ut murus proportionatam hu- cu
beat latitudinem ac crassitatem, alioquin q-
tenuiorem fecerit, non poterit ædificium
ad designatam altitudinem elevare: idipm
contingit in ceteris partibus. Quod etiam
sunt

finè dubio & in ædificio spirituali Societas nostræ animadvertisit, ubi ex defectu observationis unius regulæ, impedimur sæpen numero nè observari possint aliæ. Ut ex defectu praxis eorum, quæ in prima parte Constitutionum habentur de admittendis, & in secunda de dimittendis, & in tercia de rectè instruendis quoad spiritum, & in quarta quoad litteras, eveniet ne fieri possit illud, quod parte quinta prescribitur de cooptandis in ipsum corpus Societatis: & tunc consequenter, si, qui incorporantur, eiusmodi non erunt, quales ibi describuntur, observari non poterit quod parte sexta de perfecta Obedientia dicitur: nec successum habere quod parte septima de instituendis Missionibus declaratur. Multò minus quod differitur parte octava de unione animorum ac vinculo caritatis inter Nostros conservando: nec denique quod decimâ de corporis Societatis tuendo bono statu. Ità ut defensus alicujus partis in hoc nostro ædificio, estimari tantum non debeat ex particulari damno aut incommodo quod infert, quantum ex conjunctione ac proportione, quam habet ad cetera structuræ membra, & ex commodis majoribus quæ impedire potest. Ac proinde valde commendatam esse cupimus intelligentiam præmixtæ Constitutionum

num ac Regularum , tamquam rem prop
plurimumque ad officium Provincialis p
tinentem in sua Provincia , quemad
dum & ad Generalem in universa Societ
Nominatim verò cupimus ut hæ tequ
tes regulæ particulari studio perfectè ob
ventur : ex Regulis Provincialis , 41
100. Præpositi , 3. 16. 26. 48. & 72. 0
sunt in officio Rectoris , 2. 15. 25. 6
70. Sacerdotum , 16. 17. & 18. Mag
Novitiorum , 56.

*Seniores
bono pre-
eant ex-
emplō*

13. Ponatur in eo diligentia , (o
contrarium vehementer solet Religioni
nocere) ut qui antiquiores sunt in Societ
exemplum præbeant aliis veræ humili
& affectus optimi erga paupertatem ,
dientiam , suique contemptum : junior
nim ac recentiores , quibus ante oculos
fari deberent semper virtutes ac labores
tiquorum ad imitationem , his præterm
libenter (pro naturæ nostræ inquinata
ruptela) considerare solent ac imitari
et. Ex altera autem parte non per
tatur juvenibus ac novis obliuisci illius
destiæ ac reverentiæ , quam hujusmodi
tquis Patribus exhibere debent , confi
ratis eorum laboribus pro Christo toleran
officiisque plurimis rectè ac utiliter in S
cietate præstitis. Ad quam rem non p

rūm conduceat, ut ipsi Rectores exemplo suo præeant, procurantes ut ejusmodi bene meriti Patres sic in omnibus tractentur, ut eorum conditio ac virtus postulat: quod si fecerint ultra debitum caritatis ac officii, id etiam consequentur, ut tantò eos majori efficacia fructuque admonere possint, ad hoc ipsum exemplum præbendum, quod diximus, quantò majorem de eis curam habere se monstraverint.

14. Invigilandum seriò Provincialibus *Superior* est, ut Superiores pro paterno affectu sub- *cum sub-*
ditos gubernent, nulla inordinatæ benevo- *ditis agat*
lentiæ in hunc magis quam in illum signifi- *paternè*
catione data. Et quemadmodum deside-
randum est, imò etiam efficaciter procuran-
dum, ut assuescant inferiores ad ferendas
nonnullas Superiorum suorum imperfectio-
nes, & conditiones quasdam naturales (cer-
tè enim non est ferendum, esse ità quosdam
delicatos ac morosos, ut re quavis minima
in Superiore offendantur) ità etiam justum
est, ut ipsi Superiores intelligent, præci-
puam officii sui partem in eo esse positam,
ut Patres se exhibeant; id quod subditi ex-
periri debent, atque planè animadvertere,
non tantum in suarum necessitatum com-
moditatūmque cura ac sollicitudine, aliis-
que amoris signis; verum in ipsis etiam re- *Quis in*

P pre-

correc*tio*-
ne modus
adhiben-
dus? prehensionibus, mortificationibus, ac p
nitentiis, quæ sibi imponuntur. Qua
re et si copiosè sati scriplimus in Epistola
nostra prima ad Superiores (quam ab omni
bus haberi , atque etiam aliquando re
cupimus) hoc unum tamen hoc loco
jungendum videtur , nullo modo comm
tendum esse, ut subditi quavis in causa
ulcerentur aut verò exacerbentur : hoc
nim non solum ad emendationem non p
est, sed effectum planè contrarium pro
cit ; aversionem nimirum talem, quæ o
viam aditumque obstruit , quo juvari
sint per ejusmodi Superiores. In quam
tentiam scribit D. Gregorius Nazianzen
filiorum suorum nomine , ad Vitalianum
quemdam , expedire Patribus , quo si
conservent, & majori erga se obedientia
tineant, multa dissimulare. Quo si, inq
ut multa quæ vident , videre se dissimile
multa se minimè audivisse fingant , quæ o
bus infixæ habent. Verendum enim sibi
intelligunt, nè si ob quævis errata filios co
guant, frontem tandem ipsi perficcent ab
sque omni pudore (qui non leve parent
adjumentum affert) temerè in scelus o
prorumpant. Consumacia enim impudici
am atque audaciam parit : clementia con
hoc efficit , ut ii quibus noxa condonata

parcius in posterum peccent. Quod cùm in omnibus hominibus locum habet, tum præfer-
tim in filiis, qui cùm propinquum paterna glo-
rie exemplum habeant, non tam violentia
manu coercendi sunt, quam benevolentia vin-
culis constringendi & retinendi. Nec ta-
men eâ causâ hoc dico, quod velim Supe-
riores omnia in filiis errata dissimulare, per-
mitteréque ut in dies in pejora ruant (hoc
enim damna gravissima inferret non tantum
Religioni, sed ipsis etiam qui sic toleraren-
tur) sed ut considerent non esse perpetuò
urgendos delinquentes: semper enim pre-
mere, nervumque stringere, semper offen-
sionem præ se ferre, pareni etiam in impa-
paribus inæqualib[us]que peccatis diffiden-
tiā quoque ostendere, suspicione alere,
temporis præteriti commissa exprobrare,
ac denique desperationem emendationis in-
sinuare, nihil aliud est quām errantes præ-
cipitare, omne frenum timoris disruptere,
& ipsas habenas, quibus regebantur, sibi
ipsis de manu excutere.

15. De unionis ac fraternæ caritatis *Læsiva*
necessitate ad Societatis nostræ conserva- *charitatis*
tionem, utilitatēmque animarum, quæ in- *funditus*
dè sperari potest, non pauca diximus po- *extirpan-*
stremis nostris litteris. Hic illud addam,
ponendum esse omne studium, ut radicitus
P 2 *evel-*

evellatur quidquid eam offenderit. autem in primis manifestum est, propriusque existimationem, honorumque fectionem, invidiam ubique ac æmulationem gignere. Disparitas etiam judiciorum non potest quin animorum etiam disjunctionem parturiat. Murmurandi consuetudo & nimia loquendi licentia, qua nonnulli scrupulo in Fratrum suorum negotiis utuntur, venenum quoddam concordia bendum est. Quapropter si occurrat te aliquid (ut homines sumus) quo intentas istius unionis violetur, curabunt Superiores ut curetur penitus: nec satis efficiunt, tamquam fasciâ quadam plagan præsens obducere, ita ut operiatur postquam sanetur. Periculum enim est, paullatim recruescente animus odio consideretur: & proinde in similibus rebus tanta parva non sunt parvi facienda. Id S. Augustinus ad Profuturum scribens gregie quidem explicat, affirmans coplanè faciendum esse in istiusmodi auctoribus, atque in peregrinis hospitiis cipiendis. Illic enim præstat aliquando malum aliquem hospitem in domum admittere, quam per nimiam examinandi diligentiam bonum aliquem excludere: hic vero contrarium planè agendum. Deinde

de modo, quo generatur in nobis odium, sic infert: *Subrepit autem odium dum nulli irascenti ira sua videtur injusta: ita enim inveterascens ira sit odium, dum quasi justi doctoris admixta dulcedo diutius eam in vase detinet, donec totum acescat, usque corrum pat.* Hæc S. Augustinus: qui post hujusmodi comparationem, hæc ipsa pulcherrima verba subjungit: *Nam incomparabiliter salubrius est etiam ira justæ pulsanti non aperire penetrare cordis, quam admittere non facile recessuram & per venturam de surculo ad trahem.* Audet quippe impudenter etiam crescere citius quam putatur: non erubescit in tenebris, cum super eam sol occiderit.

16. Quandoquidem autem vita nostra Proximica est, quæ mixta dicitur, nostrique Instituti finis non tantum salutem perfectionem, que propriam, sed proximorum etiam, quod fieri per nos poterit, complectitur; necesse est ut omnem diligentiam industriamque adhibeamus, quod errantes animæ ad summum Creatorem reducantur, per illa media ac caritatis opera, quæ in nostri Instituti formula Constitutionibusque describuntur. Et qui recipere se vellet ab hac consuetudine ac communicatione cum proximis, ut sibi tantum vacaret, & ut fugeret distractiones ac molestias, quæ genus hoc vitæ

sunt modò, ac mediis Societatis.

230 Ep. IX. R.P.N. CLAUDII AQUAV.
concomitari solent, clarum esset tenta-
nem esse, quam spiritus alienus à nostran-
catione suggerit. Illud tamen diligenter
advertisendum est, ut modus iste in juvantiis
proximis teneatur, qui nostræ vocatio
proprius est. Nam cùm duo sint ab in-
tuto nostro præscripta, auxilium nimis
proximorum, modusque juvandi; sæpe
mero fit, ut nonnulli rem ipsam ab in-
to accipientes, contemnant ejus agendi
dum: id quod decursu temporis perni-
sum valde Societati nostræ esse posset.

Quæst. vus enim Bonaventura affirmat, inter
circa reg. cipuas caussas Religiones evertendi, &
9. 19. tisse nimiam externarum occupationum
quentiam, quæ, ut inquit ille, corda di-
hit, & omnem affectum devotionis es-
guit. Quo circa si ipsi nos conservare
lumus, necessarium erit, ut & in mode-
gendi, & in ipso etiam tempore moder-
nem adhibeamus. In agendi modo, &
in ipsis etiam mediis occupationibus me-
nisse debemus cùm divinæ præsentiae,
nisque qui nos ad occupationes illas in-
xit, tum Religiosæ etiam professionis
stræ; & quid personam nostram deceat
denique eorum omnium circumstantiarum
quæ ad illud opus rectè præstandum re-
lis nostris præscribuntur Verbi gratia

accipiendis infirmorum Confessionibus, ut
socius eo loco sit unde videre nos possit:
Dum ad populum concionamur, non obli-
visci vitæ etiam exemplō auditores instrue-
re, ut Regula 18. Sacerdotum ac Concio-
natorum 3. admoner. Atque ità quoque
ceteris in rebus: adeò ut si rectam in omni-
bus intentionem habentes, præfidiisque ido-
neis auxiliisque utentes, quæ nostra nobis
Religio subministrat, nobis ipsi non defue-
rimus, sperandum sit per divinam gratiam,
& per influxum illum cælestem, ac restau-
rationem spiritualem, quam Salvatoris no-
stri bonitas ità laborantibus impertire solet,
majoribus nos viribus, consolatione, ac le-
curitate, progredi posse per temitas istas a-
lioqui difficiles: in quibus quidem duarum
rerum nos admonet Jeremias Propheta illis
verbis: *Prohibe pedem tuum à nuditate, ac Jerem. 2.*

guttur tuum à siti, quarum utraque sinè du- 25.
bio sumnopere nobis necessaria est. Nam
nisi in hoc itinere pedes nostros bene mu-
nitos præsidiis his, quæ jam diximus, custo-
diamus, periculum est non tantùm, nè mun-
di hujus luto inquinentur aut vulnerentur
spinis, sed (ut notat S. Hieronymus in il-
lum ipsum locum) nè à venenatis etiam ser-
pentibus mordeantur. Ex altera etiam par-
te nisi rore aliquo ac refrigerio cælesti, in

232 Ep. IX. R.P.N. CLAUDII AQUAV.

his aliquando laboribus reficiamur, ac solationibus sustentemur; certum est, bilitatem nostram futuram tantam, ut tum itineris confidere nequeamus. Sed men cùm ad vires colligendas recipios ad interiores animi motiones, Dei contemplationes, & ex iis egredimur proxitorum necessitates: non est difficile retinere in eadem actione cùm tranquillitatem, tum vigorem etiam animi nostri.

Epist. 116. de D. Augustinus ad Nebridium scripsit. cùm dixisset ex separatione a tumultu pitique rerum istarum, gigni in animo lidum quoddam gaudium, cui nullum manum gaudium ulla ex parte compotest; subjungit etiam hæc verba: si in naturam humanam talis vita non cur aliquando evenit ista securitas? cur tò evenit crebrius, quanto quis in mensu neutralibus adorat Deum? cur in actu humano plerumque ista tranquillitas manet ex illo adyto ad agendum quisque procedit. Ecce ab experientia propria demonstrabimurque lætitiam reperi, quando in neutralibus cordis cum Deo tractamus; laudem pacem etiam ac tranquillitatem in actionibus retineri, quando ex interiori hoc colquio, tamquam armati ac splendentes.

consortio Dei, eximus ad quærendas animas ipsius gloriae divinæ caussâ. Ex quo facile cernitur, quanta sit orationis necessitas, & quantum nostra intersit diligenter ac fructuosè facere, quod ex regula quotidie facimus.

17. Præterea in ipso tempore moderationem adhibendam esse : quia præter hanc diligentiam jam explicatam, quam ob infirmitatem nostram certum est nec omnibus facilem esse , nec à plurimis tam perfectè præstari posse, quām expediret, necessarium est quandoque tempus nobis vacuum à negotiis concedi, licet sanctis ac utilibus ; quo respiremus aliquantum , ac vires spirituales restauremus : simùlque nos & nobis ipsis & proximis nostris utiliores reddamus. Neque hoc est ullo modo aut spiritus peregrinus , aut contra Instituti nostri rationem , sed valde potius consentaneum , ac regulis Constitutionib[us]que nostris , & B. P. N. IGNATII menti ac desiderio quām maximè consonum. Nam sculptores ac lapicidæ , qui marmora aliisque petrarum genera incident formantque , cùm non ignorent ex continuis iictibus ac collisione rerum durissimarum retundi aciem suorum instrumentorum , paratam habent semper apud se cotem qua acuantur ; & aliquando etiam P 5 ignem,

234 Ep. IX. R.P.N. CLAUDII AQUAV.

ignem, quo novum eis temperamentum
stituatur. Nec ipsi aut quisquam alias
Et iudicij existimare potest, id tempus ei
perditum, cum alioquin non solum lapid
illi formari non possent, sed & ipsa eis
instrumenta licet ferrea remanerent obni

Lib. 30. ac penitus inutilia. Id quod D. Gregorius
Moral. c. divinè planè ad nostrum explicat propo-

2. tuni commentariis suis in Job super illas

Job. 38. ba, *Numquid mittes fulgura, & ibunt
35. revertentia dicent tibi, Adsumus?* Mittuntur

inquit, & vadunt cum de abscondito speci-
tationis intime in activa vita latitudinem
funduntur. Sed revertentes dicunt Di-
Adsumus, quia post opera exteriora, que-
agunt, semper ad suum contemplationis
currunt, ut illic ardoris sui flammam re-
ant, & quasi ex tactu supernæ claritatis
scant. Citius enim inter ipsa licet bona
teriora frigescerent, nisi intentione sollicita
ad contemplationis ignem incessanter re-
rent. Et paullo inferius: *Nisi enim ad con-
templandum Deum sollicita semper mente
currerent, nimirum interna cœcitas etiam
teriora prædicationis eorum verba siccari
Verum quoniam hac de re jam alias scripsi-
mus, ostendimusque quanti momenti sit
etiam necessarium, nonnulla tempora
ceptui ac solitudini in Societate etiam du-*

ad meliorem spiritus restorationem per exercitia quædam spiritualia; nihil ultra hoc tempore adjiciam, nisi ut ipsum iterum vobis commendem, idque eo vehementius, quo jam per Dei gratiam experientiam didicimus, universales illas renovationes, quæ jam non semel factæ sunt, non minus utilles fuisse per totam Societatem, quam divinæ bonitati ac maiestati gratas.

18. Postremo loco præter illa quæ Amici Societatis conservandi.
par. 10. §. 7. 8. & 9. dicuntur, non parvi aestimanda sunt, quæ undecimo habentur de retinendis externis Societatis amicis, ac reconciliandis iis qui ullo modo à nobis alieni fuerint. Manifestum enim est, Societatem non paucos adversarios habere, quos ut timere non debemus, cum ea præstamus quæ officii nostri sunt (*imò beati sumus, cum maledixerint nobis homines, quod ad humiliationem, exercitium, ac meritum nostrum non parùm prodesse potest*) nihi. Iominus ut per hujusmodi hominum exter-
norum benevolentiam, quemadmodum Constitutio illa loquitur, *magis in omnibus rebus Dei obsequium ac gloria crescat*; curandum nobis est diligenter, per ea media, quæ prudentia religiosa subministrabit, ut qui aversi sunt, recuperentur. Maximè au-

autem studendum est , nè ullam ex nostra cauſam præbeatuſ , dum vel cupiditatis & avaritiæ notam non effugimus vel aliquam occaſionem præſtamus , ut superbos aut arrogantes , vel negotiorum ſecularium cupidos eſſe putent , quiq[ue] Principum aulas , & in omnia loca & omnia negotia nos ultro ingeramus . Quo ingeneri , etſi dubium non eſt , quin multa ſa inuicem nobis imponantur ; debemus men hinc in majoris cautionis anſam ſumere nec quidquam facere quod iniquam illius opinionem conſirmet : ſed omni potius humilitate ac circuinspectione ambulare ſecundūm gratiam vocationis ac Inſtituti nostri .

Commen-
datur di-
ctorū exe-
cutio.

19. Ecce , Patres cariſſimi , ſentimentumque animi mei quām potui platiſimè his verbis expreſſum : judicium am de iis rebus , quae Societati noſtræ cere poſſint ; & quid etiam faciendum ejus conſervationem . Hoc illud eſt quod in præſentia mihi occurrebat post aliquatenus meditationem , quibus & deinceps bonitati per orationes & ſacrificia commendavi , & cum Patribus hiſ meiſtſtentibus contuli . Executio ad RR. Vſtras pertinebit , ad quam cupio ut R.

Vestræ quam primū manus admoveant,
virili animo, ac suavi efficacia; que inadmo-
dum facturas scio, nee dubito quidquam ex
ipsarum parte defuturum. Negotium non
mediocris momenti est. Agitur enim de
conservatione illius rei, quam qui impu-
gnat, pupillam tangit Altissimi.

20. Reliquum ergo est, ut omnes au- *Quomodo*
scultemus Matrem nostram, quæ nos iis *ad hæc si-*
vocibus appellat, quæ cujusvis pectus com- *lios suos*
movere queant, quibus iisdem olim illa *hortetur*
Sanctorum Machabæorum mater filium *Mater So-*
suum fortissimum animabat: *Fili mi, mise-* 2. Mach.
rere mei, quæ te in utero novem mensibus 7. 28.
portavi, & lac triennio dedi, & alii, & in
atatem istam perduxī. Misericordia autem,
quam ipsa sibi à filio precabatur, illa erat,
ut ille viriliter in certamine se gereret. Un-
de infert: Sed dignus fratribus tuis effectus v. 29.
fuscipe mortem, ut in illa miseratione cum fra-
teribus te recipiam.

Jam verò eò majoribus ac ardentio-
ribus vocibus hortatur nos Societas, Ma-
ter nostra, quæ tantis laboribus ac vigiliis,
tantaque caritate nos genuit, lactavit, edu-
cavit in Christo, quod illa à nobis postulat,
ut non solùm ipsi viriliter, ac fortiter in hoc
prælio dimicemus; sed alios etiam fratres

238 Ep.IX.R.P.N. CLA. AQ.4. De me
nostros , filios suos , ad idem certamen
memus ac dirigamus : quo aliquando u
cum iis ac aliis fratribus nostris majorib
natu , primis videlicet Societatis nostrae
tribus, qui fortissimè , summāque cum ac
ficatione ac fructu certamen hoc sustine
runt , gloriosos tandem in cælo nos recipi
Orationibus , sanctisque RR. Vestrarum
crificiis plurimum me apud Dominum co
mendo. Romæ 28. Martii, 1587.

RR. VV.

Omnium in Christo Servus

CLAUDIUS AQUAVIVA